



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

XXIV. Markgraf Otto verspricht dem Erzstifte Magdeburg, die von Strele auf Bitten des Landgrafen von Thüringen in die ihnen entzogene Güter Müncheberg, bei Sternberg und Fürstenberg ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

nos habuisse dinoscuntur in eisdem. Ne igitur super hac collatione nostra rationabiliter et legitime facta cuiquam oriatur dubietas in futuro, presentem literam in testimonium dedimus sigilli nostri munimine roboratam. Testes etiam hujus collationis sunt: Dominus Richardus de Alsleve dapifer, Dominus Heydeko de Nigrippé, Hildebrand de Ousfeld, Conradus de Belitz et Conradus Smuk et quam plures alii fide digni. Datum et actum Magdeburg anno Domini M. CC. LXXXVIII, in die sanctorum Martyrum Tiburtii et Valeriani.

Nach Olearii Magdeburgischem Copialbuche mspt. vol. 2. p. 181.

XXIV. Markgraf Otto verspricht dem Erzstifte Magdeburg, die von Strele auf Bitten des Landgrafen von Thüringen in die ihnen entzogenen Güter bei Müncheberg, bei Sternberg und Fürstenberg wiedereinzusetzen, am 14. August 1300.

Nos Otto, dei gratia Brandenburgensis et de Landesperg marchio, ad vniuersorum presentia intuentium noticiam volumus peruenire, Quod Illustris principis nostri consanguinei theoderici, junioris Thuringie lantgrauii, ac aliorum nostrorum amicorum, nec non amicorum friderici, Bernhaldi et Thimonis, fratrum de Strele, precibus inclinati, bona eorundem de Strele, ratione quorum ipsi contra nos multociens mouerunt questiones, sita circa Monchebergk, videlicet hermanstorph, Eggehartstorph, hassenuelde et Schonenuelde, necnon ducentos manfos sitos in Chorith circa Sternberge, quorum Centum et Quinquaginta iusto titulo pheodali et quinquaginta in pheodo castrensi, vnum quoque pratum dictum Tynkemantel situm circa vorstenbere, quod ipsi de Strele ab Ecclesia Magdeburgensi legitime possiderunt, prout per eosdem de Strele sufficienter coram nobis et multis aliis viris ydoneis est probatum, que quidem bona eisdem de Strele contra iusticiam abstulimus, iisdem bonis alios nostros vafallos inpheodando, promissimus et pro illustri principe fratre nostro dilecto Conrado de Brandenborch et de Landesperg marchione et pro suis iustis heredibus promittimus presentibus bona fide exbrigare et predictos de Strele dictorum bonorum legitimos reddere possessores, omni penitus sine dolo. In huius rei euidenciam pleniorum presentibus nostrum sigillum mandauimus appendendum. Testes huius rei sunt Bodo et otto fratres de ylborch, henricus de Dame, Reynscho de Guzk, Reynhardus de Strele, fredericus de Snevdicz, Rabe noster dapifer, Juuenis de Loffowe, albertus de Brandenberck, Johannes de Geilnowe, heinricus de kokeritz ac alii fidedigni. Actum et Datum intra villam Sacrowe et villam Strigowe circa Nizfam et molendinum ibidem situm, vbi aqueductus est, qui vberuat vulgariter nunccupatur, anno domini M. CCC. In vigilia assumptionis marie.

Nach dem Originale des K. Provinzial-Archivs zu Magdeburg.